sterilisiert 22. Juni 1981

bs 0547-2
(ex III. 2. b. 34)

Petronius Arbiter
Poeta Satyricus.

N: 2

Petronij Arbitri Satyra: in qua vitia Romanorū reprehendūtur: incipit

Rbem iā totū victor romanꝰ habebat — Orbis
Qua mare: q̄ terre: q̄ ſidus currit vtrūq̧
Nec ſaciatus erat. grauidis freta pulſa carinis
Jam peragrabantur ſi quis ſinꝰ abditus vltra:
Si qua foret tellus que fuluū mitteret aurū
Hoſtis erat: fatiſq̧ in triſtia bella paratis
Querebantur opes. non vulgo nota placebant
Gaudia: non vſu plebeia trita voluptas.
Spolia cum ſeuus laudabat miles in vnda
Queſitus tellure nitor certauerat oſtro.
Hinc numide accuſatius hinc noua vellera ſeres
Atq̧ arabū populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce alie clades eliſe vulnera pacis.
Queritur in ſiluis an ſit fera: et vltimus hamon
Afrorū excutitur: ne deſit bellua dente
Ad mortes precioſa fames: premit aduena claſſes
Tigris: et aurata gradiens vectator in aula

Vt bibat humanū populo plaudente cruorem
Heu pudet effari peritura qꝫ prodere fata
Perſarum ritu : male pubeſcentibus annis
Subripuere viros exactaqꝫ viſcera ferro
In venerem fregere: atqꝫ vt fuga mobilis eui
Circumſcripta mora ꝓperantes differat annos
Quare ſe natā non inuenit . omnibus ergo
Scorta placent factiqꝫ enerues corpore greſſus
Et laxi crines et tot noua nomina veſtis
Que mire querunt: ecce afris eruta terris
Citrea menſa : greges ſeruorū : oſtrūqꝫ renidens
Ponitur : ac maculis imitatur vilibus aurum
Que turbant ſenſum . hoſtile ac male nobile lignū
Turba ſepulta mero circumuenit : oīaqꝫ orbis
Premia correptis miles vagus extruit armis
Ingenioſa gula eſt . ſiculo ſcarus equore merſus
Ad menſam viuus ꝑducitur : atqꝫ lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchilia cenas
Vt renouent ꝑ damna famē . iam phaſidis ora

Orbata eſt auibus: mutoq; in littore tantū
Sole deſertis aſpirent frondibus aure.
¶ Nec minor in campo furor eſt emptiq; quirites
Ad predam ſtrepitumq; lucri ſuffragia vertunt
Venalis populus. venalis curia patrū.
Eſt fauor in precio ſenibus quoq; libera virtus
Exciderat: ſparſiſq; opibus conuerſa poteſtas.
Ipſaq; maieſtas auro corrupta iacebat.
Pellitur a populo victus Cato. triſtior ille eſt
Qui vicit. faſces q; pudet rapuiſſe catoni
Namq; hoc dedecoris populo morūq; ruina
Non homo pulſus erat: ſed in vno victa poteſtas
Romanūq; decus. quare iam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat: et ſine vindice preda.
Preterea vario deprenſam gurgite predam
Fenoris illuuies vſuſq; exciderat eris.
Nulla eſt certa domus: nullū ſine pignore corpꝰ.
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra mēbra furens curis latrantibus errat.

Arma placent miſeris dettitaqꝫ cōmoda luxu
Vulneribus reparantur : inops audacia tuta eſt.
Hec merſant ceno Romā : ſomnoqꝫ iacentem
Que poterant artes ſana ratione mouere
Ni furoꝛ et bellum ferro qꝫ exciſſa libido.
Tres tulerat fortuna duces : quos obꝛuit om̄is
Armoꝛū ſtrue diuerſa feralis erinnys.
Craſſuꝫ parthus habet libyco iacet equoꝛe magnꝰ
Tertius ingratā ꝓfudit ſanguine Romā
Et quaſi non poſſet tot tellus ferre ſepulcra
Diuiſit cineres. hos gloꝛia reddit honoꝛes.
¶ Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu
Parthenopen int̄ magneqꝫ dicharchidos arua
Cocyta ꝑfuſus aqua. nam ſpiritus extra
Qui furit effuſus funeſto ſpargitur eſtu.
Non hec autūno tellus viret : aut alit herbas
Ceſpite letus ager non verno ꝑſona cantu
Mollia diſcoꝛdi ſtrepitu virgulta loquuntur.
Sed chaos et nigro ſqualentia pumice ſaxa

Gaudent ferali circum tumulata cupreſſu.

Has inter ſedes ditis pater extulit ora
Buſtorum flãmis et cana ſparſa fauilla
Ac tali volucrẽ fortunam voce laceſſit.
Rerũ humanarũ diuinarumqꝫ poteſtas
Que noua ſemper amas: et mox poſſeſſa relinquis
Ecquid Romano ſentis te pondere victam?
Nec poſſe vlterius periturã extollere molem.
Ipſa ſuas vires odit Romana iuuentus
Et quas ſtruxit opes male ſuſtinet aſpice late
Luxuriã ſpolioꝝ ⁊ cenſum in dãna furentem.
Edificant auro ſedeſqꝫ ad ſidera mittunt
Expelluntur aque ſaxis: mare naſcitur aruis
Et ꝓmutata rerũ ſtatione rebellat.
En etiam mea regna petunt. ꝓfoſſa dehiſcit
Molibus inſanis tellus: iam montibus hauſtis
Antra gemunt: et dũ vanus lapis inuenit vſum
Inferni manes celũ ſperare fatentur.
Quare age fors muta pacatũ in prelia vultum

Romanoſqꝫ cie ac noſtris da funera regnis
Jam pridem nullo ꝓfundimus ora cruore
Nec mea Theſiphone ſitientes pluit artus
Ex quo Sillanꝰ bibit enſis et horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.
Hec vbi dicta dedit dextre coniungere dextrā
Conatus: rupto tellurem ſoluit hiatu.
¶ Tunc fortuna leui defudit pectore voces. Responſio Fortun
O genitor: cui cocyti penetralia parent
Si modo fas eſt mihi vera inpune ꝓbari
Vota mihi cedunt: nec enī minor ira rebellat
Pectore in hoc: leuiorqꝫ exurit flāma medullas
Oīa que tribui romanis arcibus odi
Muneribuſqꝫ meis iraſcor. deſtruat iſtas
Idem qui poſuit moles deus: et mihi cordi
Quippe cremare viros et ſanguine paſcere luxū.
Cerno equidē gemina iā ſtrictos morte philippos
Theſſalieqꝫ rogos et funera gentis hibere
Jam fragor armorū trepidantes ꝑſonat auras

Et libye cerno tua nile gementia caſtra
Actiacos qꝫ ſinus et apollinis arma timentes
Pande age terrarū ſitientia regna tuarum
Atqꝫ animas accerſe nouas vix nauita ꝓtheus
Sufficiet ſimulacra virū traducere cymba.
Claſſe opus eſt: in que ingenti ſaciare ruina
Pallida theſiphone conſciſſa qꝫ vulnera mande
Ad ſtygios manes laceratus ducitur orbis.
¶ Vix dum finierat cū fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes: eliſoſqꝫ abſcidit ignes.
Subſedit pater vmbrarū gremioqꝫ reductus
Telluris pauitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hoīm venturaqꝫ damna
Auſpicijs patuere deū ſolqꝫ ore cruento
Deformes titubans vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos extinxit cynthia vultus
Et lucem ſceleri ſubduxit: rupta tonabant
Verticibus laſſis montis iuga: nec vaga paſſim

Flumina ꝑ notas ibant morientia ripas
Armorū ſtrepitu celum furit: et tuba mortem
Sideribus ſic acta ciet: iamqꝫ ethna micabat
Ignibus in ſolitis et in ethera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos atqꝫ oſſa arentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur.
Fax telis comitata nouis incendia ducit
Sanguineoqꝫ recens deſcendit iupiter igne.
Hec oſtenta breui ſoluit deus exuit omnes
Quippe moras ceſar vindicteqꝫ actus amore
Gallica proiecit: ciuilia ſuſtulit arma.
Alpibus aerijs vbi graio nomine pulſo
Deſcendunt rupes et ſe patiuntur adiri
Eſt locus herculeis aris ſacer. hunc niue dura
Claudit hyems: canoqꝫ ad ſidera vertice tollit.
Celum illinc cecidiſſe putes non ſolis aduſti
Manſueſcit radijs: non verni tp̄is aura
Sed glacie concreta rigens hyemiſqꝫ pruinis
Totum ferre poteſt humeris nutantibus orbem.

¶ Hec vbi calcauit Ceſar iuga milite leto
Orauitqꝫ locum ſummo dehinc vertice montis
Heſperie campos late ꝓſpexit et ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera dixit.
Iupiter omīpotens et tu ſaturnia tellus
Armis leta meis olimqꝫ onerata triumphis
Teſtor ad has acies inuitū accerſere martem.
Inuitas me ferre manus ſed vulnere cogor
Pulſus ab vrbe mea dū rhenū ſanguine tingo
Dum gallos iterū capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo: vincendo certior exul
Sanguine germano: ſexagintaqꝫ triumphis
Eſſe nocens cepi: quamq̄ꝫ o quos gloria terret
Aut qui ſunt qui bella vident: mercedibus empti
Ac viles opere: quorū eſt mea Roma nouerca
Vt reor haud impune: nec hanc ſine vindice dextrā
Vinciet ignauus victores ite ferentes
Ite mei comites et cauſam diſcite ferro.
Namqꝫ omēs vnū crimen vocat: omībus vna

Impendet clades . reddenda eſt gratia vobis.
Non ſolus vici . quare quia pena tropheis
Imminet : et ſoꝛdes meruit victoꝛia noſtra
Iudice foꝛtuna cadat alea.ſumite bellum
Et tentate manus.certe mea cauſa peracta eſt
Inter tot foꝛtes armatos neſcio vinci.
¶Hec vbi ꝓſonuit de celo delphicus ales
Omina leta dedit: pepulitqꝫ e mentibus auras
Nec non hoꝛrendi nemoꝛis de parte ſiniſtra
Inſolite voces flamma ſonuere ſequenti.
Ipſe nitoꝛ phebi vulgato latioꝛ oꝛbe
Creuit : et aurato pꝛecinxit fulgure vultus
Foꝛtioꝛ ominibus nouit mauoꝛtia ſigna
Ceſar : et inſolitos greſſus pꝛioꝛ occupat auſus.
Pꝛima quidem glacies et cana iuncta pꝛuina
Non pugnauit humus:mitiqꝫ quieuit honoꝛe.
Sed poſtquã turme nimbos fregere ligatos
Et pauidus quadꝛupes vndarũ vincula rupit:
Incoluere niues : mox flamina montibus altis

Vndabant mō nata: ſed hec quoqꝫ miſſa putares
Stagnis: deuicta fluctus ſtupuere pruina
Et pauloante lues iam cōcidenda iacebat.
Tum vero maleſida prius veſtigia luſit
Decepitqꝫ pedes paſſim turmeqꝫ viriqꝫ
Armaqꝫ congeſta strue deplorata iacebant.
Ecce etiā rigido concuſſe flamine nubes
Exonerabantur: nec rupto turbine venti
Deerant: ac tumida confractū grandine celū.
Ipſe etiam nubes rupte ſup̱ arma cadebant.
Et concreta gelu ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti tellus niue: victaqꝫ celi
Sidera: victa ſuis herentia flumina ripis.
Non dū Ceſar erat: ſed magnā nixus in haſtā
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
¶ Qualis caucaſea decurrens arduus arce.
Amphitryoniades aut toruo iupiter ore
Cum ſe verticibus magni demiſit olympi
Et periturorū deiecit tela gigantum

Dum Ceſar tumidas iratus deprimit arces
Interea volucer motis conterrita pennis
Fama volat: ſummiq; petit iuga celſa palatii:
Atq; hec romano tonitru ferit omnia ſigna.
Jam claſſes fluitare mare: totaſq; ꝑ alpes
Feruere germanas ꝓfuſo ſanguine turmas.
Arma: cruor: cedes: incendia: totaq; bella
Ante oculos volitant. ergo pulſata tumultu
Pectora: per que duas ſcinduntur territa cauſas.
Huic fuga ꝑ terras: illi magis vnda ꝓbatur
Et patria eſt pontus et iã timor eſt magis: arma
Qui tentata velit fatiſq; iubentibus acti
Quantũ quiſq; timet tantũ fugit ocyor ipſe.
Hos int̄ motus populus (miſerabile viſu)
Quo mens icta iubet deſerta ducitur vrbe.
Gaudet Roma fuga: debellatiq; quirites
Rumoris ſonitu merentia tecta relinquunt
Ille manu trepida natos tenet: ille penates
Occultat gremio deploratũq; relinquit

Penates Lares esse [illegible] [illegible] Romani in
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nos [illegible]
hec [illegible]

Limen : et abſentem vocis interficit hoſtem.

Sunt qui coniugibus lugentia pectora iungant :

Grandevoſq; patres oneris ignara iuventus

Id pro quo metuit tantū trahit omnia ſecum

Hinc vehit imprudens: predāq; in prelia ducit.

Ac velut ex alto cū magnus inhorruit auſter

Et pulſas evertit aquas non arma miniſtris.

Non regimen prodeſt. ligat alter pondera pinus

Alter tuta ſinu tranquillaq; littora querit

Hic dat vela fugas fortuneq; oīa credit.

Quid tā parva queror : gemino cū conſule magnus

(Ille tremor ponti: ſeviſq; repertor hydaſpis

Et piratarū ſcopulus : modo quē ter ovantē

Jupiter horruerat : quē fracto gurgite pontus

Et veneratus erat ſubmiſſa boſphorus unda)

Proh pudor imperij deſerto nomine fugit.

Et fortuna levis magni quoq; terga tuet.

Ergo tanta lues divū quoq; numina cernit

Conſenſitq; fuge : celi timor. ecce per orbem

Mitis turba deū terras exoſa furentes
Deſerit : atꝫ hominū damnatū auertitur agmẽ.
Pax prima ante alias niueos pulſata lacertos
Abſcondit galea victū caput atqꝫ relicto
Orbe fugax ditꝭ petit implacabile regnum.
Huic comes it ſincera fides et crine ſoluto
Juſticia : ac merens lacera concordia palla.
At contra ſedes herebi qua rupta dehiſcit
Emergit late ditis cohors. horrida erinnys.
Et bellona minax facibuſqꝫ armata megera
Lethūqꝫ inſidie qꝫ et lurida mortis imago :
Quas inter furor abruptis ceu liber habenis
Sanguineū late tulit caput: oraqꝫ mille
Vulneribus confoſſa cruenta caſſide velat.
Heret detritus leua mauorcius vmbo
Innūerabilibus telis grauis atqꝫ flagranti
Stipite dextra minax terriſqꝫ incendia portat.
Sentit terra deos : mutantia ſidera pondus
Queſiuere ſuū . namqꝫ omnis regia celi

In partes deducta ruit: primuſq; Dione
Ceſaris acta ſui ducit. comes additur illi
Pallas: et ingentē quotiens mavortius haſtā
Magnaq; cū phebo ſoror et cyllenia proles
Excipit: ac totis ſimilis thirynthius actis.
Intremuere tube: ac ſtiſſo diſcordia crine
Extulit ad ſuperos ſtygiū caput. huius in ore
Concretus ſanguis contuſaq; lumina flebant.
Stabant irati ſcabra rubigine dentes.
Tabo lingua fluens. obſeſſa draconibus ora.
Atq; inter toto laceratā pectore veſtem
Sanguineā tremula quatiebat lampada dextra.
Hec vt cocyti tenebras et tartara liquit
Alta petit gradiens iuga nobilis apenini:
Vnde oīes terras atq; oīa littora poſſet
Aſpicere: ac toto fluitantes orbe catervas
Atq; has erupit furibundo pectore voces
Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma
Sumite ꝛ in medias immittite lampada turbas.

Vincetur quicūqꜫ latet : non femina ceſſet
Non puer : aut euo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat tellus : lacerataqꜫ tecta rebellent.
Tu legē Marcelle tene : tu concute plebem
Curio : tu fortē neu ſupprime lentule martē.
Quid porro tu diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſoluis?
Theſaurūqꜫ rapis. neſcis tu magne tueri
Romanas acies : epidauria menia quere
Theſſalicoſqꜫ ſinus humano ſanguine tinge.
Factū eſt in terris quidq̄d (diſcordia iuſſit.)

¶ Finis Petronij Arbitri in ſatyra integra.

¶ Impreſſum Liptzgk per Jacobū Thanner Herbipolenſem Anno ſalutꝭ noſtre. 1.5.0 0.